

Ruggero, conte di Sicilia e Calabria

Arenga 004

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Ruggero, conte di Sicilia e Calabria

Arenga 004

1116, Ottobre

Magnum bonum est

Magnum bonum est ecclesiam facere, quoniam in nulla re ita letatur Deus sicut in elemosina; et propter hoc, si quis construxerit ecclesias et dederit de suis possessionibus et manutenuerit ipsas et servitores earum, magnum bonum est. Et quomodo non est magnum bonum regere ecclesias et earum servitores, qui assidue Deo serviunt et pro cuncto populo orant? Si nobis necessarium est illis, qui nobis temporaliter secundum corpus deserviunt, benefacere, multo magis necessarium nobis est benefacere illis, qui animabus nostri deserviunt. Quo denique illis tribuimus, pro terrenis commodis facimus; quod autem ecclesiis aut ecclesiasticis viris facimus, finis est inde laudabilis, quoniam ad profectum animarum transit.